





Gustav Ranke  
2. 11. 1890.

1705, 23

5

GEORGII VVOLFFGANGI  
VVEDELII,

HEREDITARII IN *Schwarza* /

MEDICINÆ DOCTORIS, COMITIS  
PALATINI CÆSAREI, SERENISSIMORUM SAXO-  
NIÆ DUCUM CONSILIARII ET ARCHIATRI,  
THEORETICES PROFESSORIS ORDI-  
NARII,

FACVLTATIS MEDICÆ  
DECANI,

*h. t. PRO - R E C T O R I S,*

*Propempticon Inaugurale*

DE

LAZARO ANTE PORTAM.

J E N Æ,

Literis CHRISTOPHORI KREBSII.

1705

Chr. Lanke

Luz. 16, 19-31



uper ubique iacet! Ita *Naso* inquit, quando confert inter se vulgatissimo æstimo bona corporis, diuitias, honores, amicos, & quæ alia delectant, ac profunt:

*In pretio pretium nunc est: dat census honores,  
Census amicitias, pauper ubique iacet.*

Ita sane est in humana vita comparatum: omnes illum beatum æstimant, & albæ gallinæ filium, qui alios superat opibus. Et hic virtus post nummos, quærenda pecunia primum; solo are superbire licet, & anteire alios, reliqua omnia alto supercilio contemnuntur.

Adeo velut regina pecunia rerum omnis fortunæ mundanæ faber est, hanc orbis adorat vniuersus, tanquam idolum vniuersale. Qui hanc possidet, omnia habere putatur, & contra ea, quanto minus eadem instructus, tanto abiectioni loco ponendus, velut quarta luna natus, vel si quod aliud partis fortunæ sinistra lemma est.

Tanto scilicet fastigio & culmine diuites excellunt, vt omnia fluant ad votum, ad palatum, nec quicquam obstet, quin omnia quasi ipsis sint ad nutum, & habeantur in numerato, a seruitiis præsto adstant, vtendo, fruendo ad libitum singulis.

Quinam ignotus est *λάζαρος* πρὸς τὸν πτωχὸν; *Lazarus ad portam*? Inuitati hac eius miseria atque ægritudine constituimus in præsentiarum de eodem breuiter verba facere.

Hannibal ad portas! Vox hæc Romanis olim velut classicum erat, quo auditò mox commouebantur animi, vt citatis gressibus concurrerent & attenderent, profigaturi hostem defensurique mœnia, urbem & patriam. Nobis & suo loco cordi erit *Lazarus ad portam*, vel ipso nomine suorum factorum ideam præbens miserimi & beatissimi. Quis miserior est, quam *עזר* לך, *ἀνδραπῶνος ἀλοήθητος*, homo sine adiutorio, *Psal. 88. v. 5*? Quis beator, quam *Dei auxilium expertus*, id enim notat *Lazarus*, si eliso e cum *Eleazaro* coincidat,

πτωχός, pauper erat. Simul auditur pauperis nomen, miserum concipimus. *Omnibus modis (si Plautum audiamus,) qui pauperes sunt homines, miseri vivunt: praesertim quibus nec questus est, nec didicere artem ullam.*

Communiter interpretes Latini vertunt & vocant mendicum, id quod quidem ad denotandum paupertatis gradum verum est, non tamen promiscue & στωϊκῶς omnis pauper etiam mendicus est, qui quia minus habet, unde vitam degat, q. d. manudicus, vel cui deest aliquid, quod mendum notat.

Distinctionem hanc ipse Aristophanes in *Pluto* habet, *Ast. 2. sc. 5.* ubi cum τῷ πτωχέας πένιαν εἶναι ἀδελφῶν dixisset Chremylus, *paupertatem mendicitatis esse sororem: paupertas respondet: sed mea vita nihil tale experta est, nec tale experietur unquam: mendicium haec vita est, quam dicis, nihil prorsus habendo vivere: sed pauperis est vivere parce, rebusq; gerendis operam dare: uti nihil habenti nihil in vita quoque desit.*

Juxta alios mendicus est, qui palam precatur omnes, ut vitam suam medeantur cibo: pauper, qui parum habet, & honeste victum quaerit; alter miser, & otiosus est: alter tenuis & honestus.

Satis est, pauperrimum fuisse, cum ingenua mens pra pudore πρῶτα εἰν, postere elemosynam, saepius minus sustineat. Tacemus, quod ipse Salvator O. M. illi censui adnumerari dignatus sit, ὅτι δι' ἡμῶν ἐπιώχρασε πλεῖστον ἄν, ἵνα ἡμεῖς τῆ ἐκείνου πτωχέας πλεῖσθημεν, quod propter nos pauper factus sit, cum esset dives, ut nos eius paupertate disceremus, 2. Cor. 8. v. 9.

Abunde hoc erat miseriarum, ast plura momenta calamitatis fenerabant accessionem non minimam. ἐβέβλην, proiecitus fuerat, decumbebat, iacebat. Proprium hoc est aegrorum, uti & aliis locis idem legas, & speciatim *Matth. 8. & 9. βέβλην*, βεβλημένον praedicatur, de paralytico & de febrilinnuitur ergo prostratus, ac proiectus pra debilitate, inualidus, decumbens, seu surgere nescius, minus ὀρθοτάδιον, uti alias viceribus laborantes visuntur ὀρθοτάδιον νοσῆν, ita aegrotare, ut decumbere non cogantur, sed deambulare queant.

Velsi id fieri potuit tamen, non tam firmiter, commode & citra debilitatem, putandus fuerit prae miseria iacuisse.

Ipsa vero vis vocis videtur inferre, prae debilitate proietum, vel allatum fuisse ab aliis eiusdem misertis: minimum ipsomet contemptum includit & arguit, idemque factum debuisse maiorem inuitare misericordiae affectum.

Decumbebat ergo ante portam, maiorem illam, qualis decet diuites aedes, & ampliores, vt obuius esset & visendus, siue introiret quis, siue exiret foras, inclamandus, vel exorandus ad eleemosynam erogandam. Enimuero distincta sic videntur *πύλη* & *πυλῶν*, *porta* minor & maior, seu in genere & specie sumpta, vt porta a ianua. Testatur id idem *Lucas Actor.* 12, v. 12. vbi & *ἔστη ἐν πυλῶνι*, *ostium vestibuli* meminit.

Exclusus itaque accessu, seu prae *ἀδυναμία*, seu verecundia & reuerentia, denegato ausu, in platea, in publico decumbebat, non admissus, vel immissus, procul ab introitu, procul a conclauis, procul a cenaculo, loco communi mendicantium. Neque tam impudicus erat, qui frequentaret domos, & ingressus molestiam crearet; satis habens, si foris degens a quoquam assentem acciperet, vel si quid vilis isthoc, obulum, teruncium.

At at, minus hoc fuerit malum & tolerabile, paupertatem sustinere, si conferatur idem cum longe grauiori. Quid grauius est morbo? si mortem excipias, morbi finem, quae ipsa tamen simul miseriis omnibus & morbis vltimum terminum ponit ac infert. Egrotabat Lazarus ad portam *ἠλωμένον*, *ulcerosus*, an totus, quantus, quantus vlcerebus obsessus?

Nullus sane morbus tam vniuersalis, tam diffusus, tam varians & diuersus simul datur, quam vlcera; vnde & *Com* omnes morbos vlcera fere asserere ausus est, *l. de fractur. c. 33. p. 184.* Morbi intemperiei si intus defauiant, relinquunt corpori suam formam: sin partem obsideant, minus tamen faedi sunt; morbi structurae seu conformationis, & organici sic, deformitatem quidem quandam ponunt, citra tamen itidem faeditatem.

Vlcera sunt morbus abominabilis, pelle non integra relicta,

cta, sed erosa, exesaque & mirum quantum deturpata hinc inde in corpore vniuerso, dicta hinc *πρωτα διακνυθη τω σιρκω*, quod dilacerentur quasi seu discerpantur carnes, seu partes molles. Nemo ad spectu hęc dignatur vulgo corpota vlcerosa, nedum conuersatione. Ichore enim & tabo manant ingrato, in longum, latum & profundum disseminata, serpensia saepe, cacoethica, mali moris, mali odoris, fetida, putrilaginosafallor? an mors viua hęc dicenda sunt? Vix enim in cadauere ipso saepe tam inamœnum spectaculum occurrit, quam in vicerationibus eiusmodi.

Diuulsio sunt vlcera primario in partibus mollibus, adæquate in duris, seu ossibus. Quod enim vlcera sunt in mollibus quibuscunque, id caries in ossibus. Diuulsio successiua magis, eaque cum erosione, seu absumptione partis continens, vnde vulnera quoque, nisi condiantur balsamo, vel defendantur alias, quando pus concipiunt, loco sanguinis exiens, abeunt in vlcera.

At si specialius paulo hęc Lazari vlcera visamus, a quo dubio vulgo dicta sunt Lazaretha, seu hospitia miserorum horum hominum publica, perputare forte possumus eorum formam, conditionem ac qualitatem. De externis sermonem esse, dubio omni caret. Dantur enim & interna, abscessus, vomica, vlcera dicta similiter, quale instar omnium est pulmonum, phthisicum illud, vel phthisin saltim æmulans ac inferens tandem: ne de renum, intestinorum, & similibus vicerum vlceribus dicamus.

Vtut enim aliquando vtrumque coniungatur, vt abscessus interni adsint, non exclusis externis; ordinarie tamen vlcera externa sunt velut fonticuli, (imo vlcera hęc fonticulorum sunt arte facta, ad imitationem naturæ debitorum, seu *εισοδων*) quandoquidem præseruant ab internis, despumando ad cutim, tanquam *σκέπασμα* vniuersale totius corporis, vel tanquam ad litus, fordes & quisquilias, quæ masse sanguinæ nuptæ feturam quandam tantum non omnium morborum constituunt.

Possunt & merentur etiam horum causa breuiter laudari.

ni. Ab extra imposita & applicata κατὰ δόξα, vesicatoria, escharotica, corrosiva omnis generis, asperantia item ac diuellentia alia toto die exulcerant cutim; sed nihil horum hic causari poterit commode. Quin internæ lustrandæ ac delibandæ causæ potius, quæ cœquata si fuerint, congruæ & conformes ipsis productis, seu horum qualitibus, causæ, inquam, effectibus, genuina idea animo concipi potest atque effigiari.

Perinde quidem fuerit, an a priori causas ipsas accomodamus vlceribus, an a posteriori hoc effectus & affectus, productibus morbofis, per sua phænomena spectatos; hoc vero historix & rei ipsi magis conueniens. In genere hinc, ex *Coi, diuini senis*, analectis, ex pituita & bile potissimum fiunt, modo ichorosa & chronica magis, modo feruida illa & acriora. Ille enim, exemplo vlcerum capitis, laudat (1.) velut causam antecedentem τὸ ἀραιὸν κάρυ, (debite recipiens) glandosum, (2.) Φλέγμα, pituitam, (3) χολήν, bilem, (4.) ἄλας, salia; καὶ ἄλλες τὸ Φλέγμα, καὶ ἡ χολή, & sulfedo pituitosa & biliosa, l. 2. de morbis. c. 2.

Pergit, ut in capite, ita & in reliquo corpore, q. d. eiusdem sunt commatis & fiunt vlcera κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, seu secundum eandem rationem. Morbi enim non tam specie differunt, elogio eiusdem, quam subiecto & loco diuerso.

Præmittere hæc voluimus, occasione Disputationis Inauguralis de AMAVROSI, clarissimi & dignissimi artis medicæ Candidati,

## CHRISTIANI LAUBII,

cuius vitæ studiorum rationem, more adulto, breuiter recenserebimus.

Præmam auram vitalem hausit Budissæ, Lusatiæ superioris vrbe primaria, anno reparatæ per Christum salutis M DC LXXX. IV. Idus Martii, Parentibus honestissimis, MICHAELÈ LAUBIO, Pharmacopœo Budissinensi peritissimo; Matre IUDITHA MAGDALENA, amplissimi SEBASTIANI STEPHANI, Camerarij olim & Senatoris Reipublicæ eiusdem, filia.

Ab



Ab his parentibus suauissimis nihil, quod vel ad pietatis, vel  
morum, vel artium liberalium manūductionem conferre pote-  
rat, omisum fuit vnquam. Annū vix decimum egressus ipso-  
rum nutu totam se studiis consecrauit. Hinc primis studio-  
rum rudimentis domi positus per nouennium in Gymnasio in-  
clutō patrio obtinuit hodogetas, dexteritate non minus quam  
eruditionē clarissimos.

Hōs inier gratissima memoria inprimis prosequi-  
tur M. IOH. ROSENBERGIUM, Lycei, quod Budisfa  
flore, Rectorem, Polyhistorum egregium, Compatrem  
& Amicum nostrum honoratissimum, M. MARTINUM GRÜN-  
WALDUM, t. t. Con-Rectorem, nunc vero Catechetam Zit-  
tauiersem meritissimum, & CASPARUM IENTSCHUM, virum in-  
tegrimum, qui felix eius ingenium tam priuata, quam pu-  
blica institutione excolentes plurimum se sibi detinctum red-  
didere.

Ita adultis profectibus M DCC. almaam adiiit Philu-  
ream, & D. XIX. Octobris legibus se obstrinxit academicis,  
Rectore t. t. Magnifico D. GOTTLÖB FRIDERICO SELIGMANNO,  
Theolog. Professore celeberrimo.

Quemadmodum autem studio deuotus erat medico:  
ita & hic, & hinc apud nos, excellentissimos & cele-  
berrimos in arte Apollinea sibi elegit Doctores, vtque  
eo felicius in proposito studio progredi valeret, Philo-  
sophiam simul excolere cepit. Vnus præcipue sedula manu-  
ductione in hac M. IOH. GOTTLIEB HARDT, Logices & Meta-  
phys. P. Ord. In illa vero sectatus priuatim D. CHRISTIANUM  
IOH. LANGIUM, facultatis suæ Assessorem, beatæ memoriæ,  
D. AUGUSTUM QUIRINUM RIVINUM in cursu medico,  
Collegioque Physico experimentalī & Chimico; D. IOH. GUI-  
LIELMUM PAULI, & D. CHRISTIANUM LUDOUICUM WELSCHIUM  
in Anatomicis; posteriorem quoque in materia medica &  
Botanicis; Publice vero non sine insigni fructu audivit D.  
IOH. BOHNIUM de Medicinā forensi & Pharmaceutica, &  
D. ANDREAM PETERMANNUM in Nuckii Adenographiam.

Visis demum duabus vtriusque sexus profectioibus,  
trans=

transactoque sic Lipsiæ triennio, ad Salanam hanc nostram se contulit OEt auo Calend. Novembris M. DCCIII. Pro-Rectore Magnifico D. IOH. HADRIANO SLEVOGTIO, Hered. in Ober-Rosla, eundem in Lectionibus publicis, excursionibus botanicis, vt & anatome publica strenue secutus est.

Nec scholas neglexit D. ERNESTI HENRICI WEDELI, Prof. extraord. publice in Hippocratis Aphorismos, & in operationibus chirurgicis, priuatim in exercitio materiæ medicæ in Macasium, nec non de præscribendis formulis occupatum.

Non parum etiam ex doctissimis dissertationibus D. RUDOLPHI VILHELMI CRAUSH, Hered. in Mellingen, Venerandi Facultatis Senioris, se didicisse, grato recordatur animo. Cumque ipse in testimonium vocer, sincere affirmare non dubito, eundem in publicis & priuatis exercitamentis indefessum fuisse asseclam, Theoreticis & Practicis Clinicis, iisque genuinis.

Nil itaque reliquum erat, quam vt perfectis & maturatis probe studiis coronis imponeretur condigna laboribus exantlatis. Quare, cum id a Facultate modeste expetisset, laudatissimis meritis consecutus omnium consensum iam in eo est, vt Disputationem Inauguralem laudatam in publico D. XIV. Octobris defendat, sub nostro præsidio.

Ad hanc panegyrim Serenissimum Principem Iuuentutis, ERNESTUM AUGUSTUM, Ducem Saxonix, & reliqua, illustrissimos Comites, Proceres Aulæ & Academiæ excellentissimos, omniumque Ordinum Hospites & Comilitones honoratissimos, humillime, decentissime, & officiose amice inuito. P. P. Sub Sigillo Facultatis. Ienæ D. XI. Octobr. M DCCV.



Jena, Diss., 1705 St-2

ULB Halle  
005 360 749

3



TA → OC

1018





B.I.G.

Farbkarte #13

Justin Panter  
2.11.1890.

1705,23

5

GEORGII VVOLFFGANGI  
VVEDELII,

HEREDITARII IN Schwarza/

MEDICINÆ DOCTORIS, COMITIS  
PALATINICÆSAREI, SERENISSIMORUM SAXO-  
NIÆ DUCUM CONSILIARII ET ARCHIATRI,  
THEORETICES PROFESSORIS ORDI-  
NARI,

FACULTATIS MEDICÆ  
DECANI,

*h. t. PRO-RECTORIS,*

*Propempticon Inaugurale*  
DE

LAZARO ANTE PORTAM.

JENÆ,

Literis CHRISTOPHORI KREBSIL.

1705

Chr. Lanke

Luc. 16, 19-31